σῶμα. Διὰ τοῦτο γοῦν καὶ ὑπόκειται ἀληθῶς ἡ Μαρία, ἔν' ἐξ αὐτῆς τοῦτο λάβῃ, καὶ ὡς ἴδιον ὑπὲρ ἡμῶν αὐτὸ προσενέγκῃ. Καὶ ταύτην ὁ μὲν Ἑσαΐας προφητεύων, ἐδείκνυε λέγων· « Ἰδοὺ ἡ Παρθένος »· ὁ δὲ Γαβριὴλ ἀποστέλλεται πρὸς αὐτὴν οὐχ ἀπλῶς πρὸς παρθένον, ἄλλὰ « πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρί »· ἔν' ἐκ τοῦ μνηστῆρος δείξῃ τὴν Μαρίαν ἀληθῶς ἄνθρωπον οὖσαν. Διὸ καὶ τοῦ τίκτειν μνημονεύει ἡ Γραφή, καὶ φησιν· « Ἐσπαργάνωσε »· καὶ ἐμακαρίζοντο μαστοί, οὓς ἐθήλασε, καὶ προσενέχθη θυσία, ὡς διανοίξαντος τοῦ τεχθέντος τὴν μήτραν· ταῦτα δὲ πάντα, τικτούσης ἦν Παρθένου γνωρίσματα. Καὶ ὁ Γαβριὴλ δὲ ἀσφαλῶς εὐηγγελίζετο αὐτῇ, λέγων οὐχ ἀπλῶς, τὸ γεννώμενον « ἐν σοί », ἵνα μὴ ἔξωθεν ἐπείσαγόμενον αὐτῇ σῶμα νομισθῇ· ἀλλ' « ἐκ σοῦ », ἔν' ἐξ αὐτῆς φύσει τὸ γεννώμενον εἶναι πιστευθῇ, φανερώς καὶ τοῦτο τῆς φύσεως δεικνυούσης, ὡς ἀδύνατον παρθένον φέρειν γάλα μὴ τεκοῦσαν, καὶ ἀδύνατον γάλακτι τραφῆναι σῶμα καὶ σπαργανωθῆναι, μὴ πρότερον φύσει τεχθέν.

PG
26, 1061

8. Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων τὴν ἀπόδειξιν, περιττὸν ἔτι τῶν ἄλλων 275
ἄπτεσθαι, καὶ γυμνάζειν τι περὶ αὐτῶν, τοῦ σώματος, ἐν ᾧ ἦν ὁ Λόγος, μὴ ὄντος ὁμοουσίου τῇ θεότητι, ἀλλ' ἐκ Μαρίας ἀληθῶς τεχθέντος· καὶ

pterea igitur adest vere Maria ut ab ea illud assumat, et tanquam proprium pro nobis illud offerat. Illamque Isaias quidem indicavit dicens: *Ecce virgo*,¹ Gabriel vero ad eam mittitur, nec simpliciter ad virginem, sed *ad virginem desponsatam viro*.² Ut ex sponsi mentione indicaret Mariam vere hominem esse. Partumque memorat Scriptura, et ait: *Pannis eum involvit*.³ ac beata praedicabantur ubera quibus ipse lactatus est,⁴ et quasi partu vulvam adaperiente oblatum est sacrificium:⁵ haec autem omnia parientis Virginis erant indicia. Et Gabriel quidem caute ac prudenter annuntiabat illi dicendo, non simpliciter, quod *in te* nascetur, ne extrinsecus corpus ipsi inductum putaretur; sed, *ex te*,⁶ ut quod gignebatur ortum ex illa duxisse crederetur, liquido hoc ipsum natura demonstrante, nempe, impossibile esse Virginem citra partum lac habere: impossibile item esse lacte nutriri et pannis involvi corpus, quod nondum naturali partu sit editum.

PG
26, 1062

8. His igitur ita commonstratis, supervacaneum est alia attin- 275
gere, aut haec ultra agitare: cum et corpus in quo Verbum erat, non consubstantialia deitati, sed ex Maria vere genitum sit: et cum

¹ Isa. VII, 14.² Lc. I, 27.³ Lc. II, 7.⁴ Lc. XI, 27.⁵ Lc. II, 23.⁶ Lc. I, 35.

αὐτοῦ δὲ τοῦ Λόγου μὴ τραπέντος εἰς ὅστέα καὶ σάρκα, ἀλλ' ἐν σαρκὶ γενομένου. Τὸ γὰρ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ λεγόμενον· «Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο», ταύτην ἔχει τὴν διάνοιαν, καθὼς καὶ ἐκ τοῦ ὁμοίου * τοῦτο δυνατὸν εὑρεῖν· γέγραπται γὰρ παρὰ τῷ Παύλῳ· «Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν γέγονε κατάρρα». Καὶ ὥσπερ οὐκ αὐτὸς γέγονε κατάρρα, ἀλλ' ὅτι τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἀνεδέξατο κατάρραν, εἴρηται κατάρρα γεγονέναι· οὕτω καὶ σὰρξ γέγονεν οὐ τραπείς εἰς σάρκα, ἀλλ' ὅτι σάρκα ζῶσαν ὑπὲρ ἡμῶν ἀνέλαβε, καὶ γέγονεν ἄνθρωπος. Καὶ γὰρ τὸ εἰπεῖν· «Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο», ἴσον πάλιν ἐστὶν εἰπεῖν· «Ὁ Λόγος ἄνθρωπος γέγονε», κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν τῷ Ἰωήλ· «Ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα»· οὐ γὰρ ἕως τῶν ἀλόγων ζῶων ἦν ἡ ἐπαγγελία, ἀλλ' εἰς ἀνθρώπους ἐστίν, ὧν ἕνεκα καὶ ἄνθρωπος γέγονεν ὁ Κύριος. Τούτου δὲ τοῦ ῥήτοῦ ταύτην ἔχοντος τὴν ἔννοιαν, εἰκότως καταγνώσκονται ἑαυτῶν πάντες οἱ νομίσαντες πρὸ τῆς Μαρίας εἶναι τὴν ἐξ αὐτῆς σάρκα, καὶ πρὸ ταύτης τινὰ ἐσχηκέναι ψυχὴν ἀνθρωπίνην τὸν Λόγον, καὶ ἐν αὐτῇ πρὸ τῆς ἐπιδημίας ἀεὶ γεγενῆσθαι. Παύσσονται δὲ καὶ οἱ εἰπόντες μὴ εἶναι δεκτικὴν θανάτου τὴν σάρκα, ἀλλὰ τῆς ἀθάνατου φύσεως εἶναι ταύτην. Εἰ γὰρ μὴ ἀπέθανε, πῶς ὁ Παῦλος παρεδίδου Κορινθίοις, ὁ καὶ παρέλαθεν· «Ὅτι Χριστὸς

ipsum Verbum in carnem et ossa conversum non fuerit, sed in carne exstiterit. Nam quod a Ioanne dicitur: *Verbum caro factum est*,¹ eadem est significatione, ut ex simili loquendi modo *prehendere licet: apud Paulum quippe scriptum est: *Christus factus est pro nobis maledictum*.² Et sicut non ipse factus est maledictum: sed quia maledictum pro nobis suscepit, idcirco dictum est ipsum factum fuisse maledictum; sic et Verbum caro factum est, non quod in carnem mutatum fuerit, sed quod carnem viventem pro nobis assumpsit, et homo factum sit. Nam dicere, *Verbum caro factum est*, idem est ac dicere, *Verbum homo factum est*, prout in Ioele dicitur: *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem*:³ non enim bruta animalia ista promissio spectabat, sed homines duntaxat, quorum gratia Dominus homo factus est. Cum igitur dictum illud ea sit significatione, merito sese coarguent quicumque existimant, ante Mariam fuisse carnem ex ea assumptam, et ante ipsam Mariam, Verbum humanam habuisse animam, in qua ante suum adventum semper exstiterit. Silebunt etiam qui dicunt, carnem non esse mortis capacem, sed immortalis esse naturae. Si enim mortuus non est, quomodo Paulus Corinthiis tradidit quod et accepit? *Quoniam Chri-*

¹ Io. I, 14.

² Galat. III, 13.

³ Ioel. II. 28.

ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν κατὰ τὰς Γραφάς»; Πῶς δὲ ὅλως καὶ ἀνέστη, εἰ μὴ καὶ ἀπέθανεν; Ἐρυθριάσουσι δὲ μεγάλως οἱ ὅλως ἐνθυμηθέντες δύνασθαι ἀντὶ τῆς Τριάδος γενέσθαι τετράδα, εἰ λέγοιτο ἐκ Μαρίας εἶναι τὸ σῶμα. Ὁμοούσιον γὰρ ἐὰν εἴπωμεν, φασί, τὸ σῶμα τῷ Λόγῳ, μένει ἡ Τριάς Τριάς, οὐδὲν ξένον εἰς αὐτὴν ἐπιφερομένου τοῦ Λόγου· ἐὰν δὲ ἀνθρώπινον εἴπωμεν τὸ ἐκ Μαρίας σῶμα, ἀνάγκη, ξένου ὄντος κατ' οὐσίαν τοῦ σώματος, καὶ ὄντος ἐν αὐτῷ τοῦ Λόγου, τετράς ἀντὶ Τριάδος γίνεται διὰ τὴν τοῦ σώματος προσθήκην.

PG
26, 1065

10. Ἐκ δὴ τούτου σιωπήσουσι λοιπὸν καὶ οἱ ποτὲ εἰπόντες τὸν ἐκ Μαρίας προελθόντα μὴ εἶναι αὐτὸν τὸν Χριστόν, καὶ Κύριον, καὶ Θεόν. Εἰ γὰρ μὴ Θεὸς ἦν ἐν τῷ σώματι, πῶς εὐθύς προελθὼν ἐκ Μαρίας ἐκλήθη «Ἐμμανουήλ, ὃ ἐστι μεθερμηνεύμενον Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός»;

276

PG
26, 1068

11. Περὶ δὲ τοῦ φαντάζεσθαι τινὰς καὶ λέγειν, ὅτι, ὥσπερ ἐφ' ἑκάστου τῶν προφητῶν ἐγένετο, οὕτω καὶ ἐπὶ ἑνα τινὰ ἄνθρωπον ἐκ Μαρίας ἦλθεν ὁ Λόγος, περιττόν ἐστι γυμνάζειν, φανεράν ἐχούσης τῆς μανίας αὐτῶν τὴν κατάνγνωσιν. Εἰ γὰρ οὕτως ἦλθε, διὰ τί οὗτος ἐκ Παρθένου, καὶ μὴ καὶ αὐτὸς ἐξ ἀνδρὸς καὶ γυναικός; Οὕτως γὰρ καὶ ἕκαστος τῶν ἁγίων ἐγεννήθη.

277

*stus mortuus est pro peccatis nostris secundum Scripturas.*¹ Aut qui tandem resurrexerit, si mortuus non est? Multum autem erubescant, qui vel semel cogitaverint posse pro Trinitate fieri quaternitatem, si corpus ex Maria esse dicatur. Nam si, aiunt, corpus Verbo con-substantialia dicamus, Trinitas manet Trinitas, nihil in ipsam extraneum inducente Verbo: sin corpus humanum ex Maria genitum dicamus; necesse est ut cum corpus sit extraneum secundum substantiam, et in ipso sit Verbum, quaternitas pro Trinitate, propter corporis accessionem efficiatur.

PG
26, 1066

10. Eadem autem ratione ii quoque iam silebunt qui aliquando dixere eum qui ex Maria prodiit, nec Christum, nec Dominum vel Deum esse. Si enim Deus in corpore non erat, quomodo statim atque ex Maria prodiit, vocatus est *Emmanuel, quod est interpretatum, nobiscum Deus?*²

276

PG
26, 1067

11. Quod vero nonnulli comminiscuntur et dicunt: quemadmodum in singulos prophetas Verbum advenit, ita quoque in quemdam hominem Mariae Filium venisse, inutile est agitare; cum eorum insania manifestam sui confutationem prae se ferat. Si namque Verbum ita advenit, cur hic homo ex Virgine, et non ex viro et muliere ipse quoque prodiit? Sic enim quisque sanctorum genitus

277

¹ 1 Cor. XV, 3.² Matth. I, 23.

Ἡ διὰ τί, οὕτως ἐλθόντος τοῦ Λόγου, οὐχ ὁ ἐκάστου θάνατος λέγεται ὑπὲρ ἡμῶν γεγενῆσθαι, ἀλλ' ὁ τούτου μόνος; Διὰ τί δέ, καθ' ἕκαστον τῶν προφητῶν ἐπιδημοῦντος τοῦ Λόγου, λέγετε ἐπὶ μόνου τοῦ ἐκ Μαρίας, ὡς ἅπαξ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ἐπιδημήσαντος; Ἡ διὰ τί, ἐλθόντος αὐτοῦ, ὡς ἦλθεν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἀγίοις, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες, ἀποθανόντες, οὕτω ἀνέστησαν, ὁ δὲ ἐκ Μαρίας μόνος τριήμερος ἀνέστη; Ἡ διὰ τί, ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἐλθόντος τοῦ Λόγου, λέγεται μόνος ὁ ἐκ Μαρίας Ἐμμανουήλ, ὡς σώματος πεπληρωμένου θεότητος, τεχθέντος ἐξ αὐτῆς; Τὸ γὰρ Ἐμμανουήλ ἐρμηνεύεται· « Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός ». Ἡ διὰ τί, εἴπερ οὕτως ἦλθεν, ἐσθίοντος ἐκάστου τῶν ἁγίων, καὶ πίνοντος, καὶ κοιπῶντος, καὶ ἀποθνήσκοντος, οὐ λέγεται ὡς αὐτὸς ἐσθίων, καὶ πίνων, καὶ κοιπῶν, καὶ ἀποθνήσκων, ἀλλ' ἐπὶ μόνου τοῦ ἐκ Μαρίας; Ἀ γὰρ ἔπασχε τοῦτο τὸ σῶμα, ταῦτα ὡς αὐτοῦ πάσχοντος εἴρηται. Καὶ τῶν ἄλλων δὲ πάντων λεγομένων μόνον, ὅτι ἐτέχθησαν καὶ ἐγενήθησαν, ἐπὶ τοῦ ἐκ Μαρίας μόνου εἴρηται· « Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο ».

278

12. Ἐξ ὧν δείκνυται, ὅτι πρὸς μὲν τοὺς ἄλλους ἅπαντας γέγονεν ὁ Λόγος, τοῦ προφητεῦειν χάριν· ἐκ δὲ Μαρίας αὐτὸς ὁ Λόγος, σάρκα λαβὼν, προῆλθεν ἄνθρωπος, τῇ μὲν φύσει καὶ τῇ οὐσίᾳ Λόγος ὧν τοῦ Θεοῦ, κατὰ

PG
26, 1068

est. Aut cur, si Verbum ita venerit, cuiusque mors non dicitur pro nobis tolerata, sed illius tantum? Quare item cum ad singulos prophetas Verbum advenerit, dicitur tamen ad solum Mariae Filium semel in consummatione saeculorum advenisse? Aut cur Verbo ita veniente, ut venerat in sanctos illos qui prius exstiterant, alii quidem omnes mortui cum sint, nondum resurrexerunt, solus vero Mariae Filius post triduum resurrexit? Aut quare cum simili modo ad alios Verbum venerit, solus Mariae Filius dicitur Emmanuel, quasi corpus eius deitate repletum et ex illa genitum sit? Nam illud, Emmanuel, significat, *Nobiscum Deus*. Vel quare si ita venerit, quodlibet sanctorum comedente et bibente, laborante et moriente, non dicitur ipsum Verbum comedere et bibere, laborare et mori, sed de solo Mariae Filio ita dicitur? Quaecunque enim corpus istud passum est, haec quasi ipso patiente Verbo dicta sunt. Et cum de aliis omnibus dictum sit duntaxat, quod geniti nati sint, de solo Mariae Filio dictum est: *Et Verbum caro factum est*.¹

278

12. Ex quibus ostenditur ad reliquos quidem sanctos verbum factum esse ut prophetarent; ex Maria autem Verbum carne assumpta hominem prodiisse, qui natura quidem et substantia Ver-

PG
26, 1067

¹ Io. I, 14.

- *1069 δὲ σάρκα ἐκ σπέρματος * Δαβὶδ καὶ τῆς σαρκὸς Μαρίας γενόμενος ἄνθρωπος, ὡς εἶπεν ὁ Παῦλος. Τοῦτον ὁ Πατὴρ ἐδείκνυε, καὶ ἐν Ἰορδάνῃ καὶ ἐν τῷ ὄρει λέγων· « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ ἠυδόκησα ».

EPISTOLA AD ADELPHIUM EPISCOPUM (ca 370)

PG
26, 1077

4. [...] Τοῖς Ἀρειανοῖς μὴ δοκῇ, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρὸς. Οὐ γὰρ ἀδοξίαν ἠνεγκεν ἡ σὰρξ τῷ Λόγῳ· μὴ γένοιτο! ἀλλὰ μᾶλλον αὕτη δεδόξασται παρ' αὐτοῦ. Οὐδέ, ἐπειδὴ δούλου μορφὴν ἀνέλαθεν ὁ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων Υἱός, ἡλαττώθη τῆς θεότητος· ἀλλὰ μᾶλλον αὐτὸς ἐλευθερωτῆς πάσης σαρκὸς καὶ πάσης κτίσεως γέγονε. Καὶ εἰ ὁ Θεὸς δὲ ἀπέστειλε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ γεννώμενον ἐκ γυναικὸς, οὐκ αἰσχύνῃ ἡμῖν ἐπάγει τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ μᾶλλον εὐδοξίαν καὶ μεγάλην χάριν. Γέγονε γὰρ ἄνθρωπος, ἵν' ἡμᾶς ἐν ἑαυτῷ θεοποιήσῃ· καὶ γέγονεν ἐκ γυναικὸς, καὶ γεγέννηται ἐκ Παρθένου, ἵνα τὴν ἡμῶν πλανηθεῖσαν γέννησιν εἰς ἑαυτὸν μετενέγκῃ, καὶ γενόμεθα λοιπὸν γένος ἁγίου, καὶ κοινωνοὶ θείας φύσεως, ὡς ἔγραψεν ὁ μακάριος Πέτρος· « Καὶ τὸ ἀδύνατον δὲ τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἡσθένει διὰ τῆς σαρκὸς, ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ Υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί ».

279

*1070

bum Dei erat, secundum carnem autem ex semine David et ex carne * Mariae homo factus est, ut ait Paulus. Hunc Pater in Iordane et in monte manifestavit dicens: *Hic est Filius meus dilectus in quo mihi complacui*.¹

PG
26, 1078

4. [...] Arianis non placet, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris. Neque enim dedecus Verbo caro attulit: absit! sed ipsa potius ab illo gloriam accepit. Nec item, quia formam servi accepit Filius, qui in forma Dei est,² diminutus divinitate est: sed contra, universae carnis rerumque omnium creatarum liberator ipse fuit. Et vero si Deus Filium suum misit ex muliere genitum, nihil sane dedecoris, sed potius gloriam et gratiam magnam nobis res illa comparavit. Siquidem factus homo est, ut nos in seipso deos efficeret: factus est ex muliere, et genitus est ex Virgine, ut errantem nostri ortum transferret in seipsum, atque iam nos genus sanctum et divinae consortes naturae efficeremur, quemadmodum scripsit beatus Petrus: ³ Unde *quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus misso Filio suo in similitudinem carnis peccati, et de peccato damnavit peccatum in carne*.⁴

279

¹ Matth. III, 17.² Philipp. II, 6, 7.³ II Petr. I, 4.⁴ Rom. VIII, 3.

5. Τὴν τοίνυν προσληφθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Λόγου σάρκα, ἐπὶ τῷ πάντας ἀνθρώπους ἐλευθερωῶσαι, καὶ πάντας ἐκ νεκρῶν ἀναστῆσαι, καὶ ἁμαρτίας λυτρώσασθαι, πῶς οἱ ταύτην ἐξουδενοῦντες, ἢ οἱ διὰ ταύτην κατηγοροῦντες τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ὡς ποιήματος ἢ κτίσματος, οὐκ ἀχάριστοι φαίνονται, καὶ παντός εἰσι μίσους ἄξιοι; Μόνον γὰρ οὐχὶ βοῶσι τῷ Θεῷ λέγοντες· Μὴ πέμψῃς σου τὸν Υἱὸν τὸν μονογενῆ ἐν σαρκί· μὴ ποιήσῃς αὐτὸν ἐκ Παρθένου σάρκα λαβεῖν, ἵνα μὴ λυτρώσῃται ἡμᾶς τοῦ θανάτου καὶ τῆς ἁμαρτίας. Οὐ θέλομεν αὐτὸν ἐν σώματι γενέσθαι, ἵνα μὴ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀναδέξῃται θάνατον· οὐ βουλόμεθα τὸν Λόγον σάρκα γενέσθαι, ἵνα μὴ ἐν ταύτῃ μεσίτης ἡμῶν γένῃται τῆς πρὸς σὲ προσόδου καὶ τὰς ἐν οὐρανοῖς οἰκήσωμεν μονάς.

EPISTOLA AD MAXIMUM PHILOSOPHUM (ca 370)

- 280 3. Ἀμέλει κάκεινο τεθαύμακα, πῶς ὅλως κἂν ἐννοῆσαι τετολμήκασιν, PG 26, 1088
ὅτι φύσεως ἀκολουθία γεγένηται ἄνθρωπος. Εἰ γὰρ οὕτως ἦν, περιττὴ τῆς Μαρίας ἡ μνήμη. Οὐδὲ γὰρ οἶδεν ἡ φύσις παρθένον χωρὶς ἀνδρὸς τίκτουςαν.

FRAGMENTA IN LUCAM

- 281 [...] « Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον, κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ ». Οὐχ PG 27, 1392
ἀπλῶς δὲ τὸ γεννώμενόν φησι πρὸς τὴν Παρθένον ὁ ἄγγελος, ἵνα μὴ ἔξω-
θεν ἐπεισαγόμενον αὐτῇ σῶμα νομισθῇ· ἀλλ' ἐπήγαγεν καὶ τὸ « ἐκ σοῦ », ἵνα

5. An non igitur illi, qui assumptam a Verbo carnem, quo omnes homines liberaret, ex mortuis exsuscitaret, a peccatisque redimeret, vilipendunt, vel eius causa Filium Dei tanquam rem factam creatamve calumniantur, ingrati omnique odio digni videri debent? Tantum enim non ita clamant ad Deum: Ne mittas Filium tuum unigenitum in carnem: noli ipsum carnem ex Virgine accipere, ne nos a morte et peccato liberet. Nolumus hunc nasci in corpore, ne mortem pro nobis suscipiat: nolumus Verbum carnem fieri, ne nostri ad te progressus mediator in ea fiat, coelestesque domos incolamus.

- 280 3. Certe illud etiam per mihi mirum visum est quod vel cogitare PG 26, 1087
ausi sint eum naturae communi ordine hominem factum fuisse. Nam si ita se haberet, supervacanea profecto esset Mariae commem-
oratio. Siquidem virginem absque viri consortio parientem igno-
rat omnino natura.

- 281 [...] *Ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.*¹ PG 27, 1391
Neque solum ait angelus ad Virginem, *quod nascetur*, ne ipsi extrin-
secus inductum corpus putaretur; sed illud etiam addidit, *ex te*, ut

¹ Lc. I, 35.

ἐξ αὐτῆς φύσει τὸ γεννώμενον εἶναι πιστευθῇ. Ἄγιον δὲ κληθῆσόμενον, οὐχ ὡς ἐνοικον ἔξοντα τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐκ μετοχῆς ἁγιασθῆσόμενον, ἀλλ' ὡς ὄντα κατὰ φύσιν ἅγιον, τῷ τὸν αὐτὸν Υἱὸν ὑπάρχειν Θεοῦ, καὶ ἓνα εἶναι. «Καὶ ἰδοὺ Ἑλισάβετ ἡ συγγενὴς σου». Συγγενῇ δὲ τῆς παναγίας Παρθένου τὴν Ἑλισάβετ εἶπεν ὁ ἄγγελος, εἴτε ὡς ἐξ ἐνὸς προπάτορος τοῦ Ἰακώβ ὑπαρχούσας, εἴτε διὰ τὸ πρὸ τῆς νομοθεσίας λαθεῖν τὸν Ἀαρών, ἐκ τῆς τοῦ Λευὶ φυλῆς ὄντα, γυναικὰ τὴν Ἑλισάβετ, θυγατέρα οὖσαν τοῦ Ἀμιναδάμ, τὴν ἀδελφὴν Ναασσῶν, ἐκ τῆς τοῦ Ἰούδα φυλῆς ὑπάρχοντος. Καὶ γὰρ ἐνταῦθα συνήφθη ἡ βασιλικὴ τοῦ Ἰούδα φυλὴ, ἐξ ἧς ἦν ἡ παναγία Παρθένος, τῇ ἱερατικῇ τοῦ Λευὶ φυλῇ, ἐξ ἧς ὑπῆρχεν ἡ Ἑλισάβετ. Διὸ καὶ παραδόξως ἡ πάνσοφος τοῦ παναγίου Πνεύματος ὀκονόμησε χάρις καὶ ταύτην τὴν Ζαχαρίου γυναῖκα Ἑλισάβετ προσαγορεύεσθαι, ὥσπερ καὶ τὴν τοῦ Ἀαρών· ὅπως διὰ τοῦ ὀνόματος ἐναργῶς μάθωμεν, ὡς ἐξ ἐκείνης τῆς Ἑλισάβετ ἡ πρὸς τὴν Παρθένον καὶ πρὸς τὴν μητέρα τοῦ προδρόμου Ἑλισάβετ ὑπάρχει συγγένεια.

PG
27, 1392

Εἰποῦσα δὲ ἡ παναγία Παρθένος· «Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου»· τοῦτο ἐδήλωσεν· Πίναξ εἰμί, φησίν, γραφόμενος ὁ βούλεται ὁ γραφεύς. Γραφέτω, ποιείτω ὁ θέλει ὁ τοῦ παντὸς Κύριος. Δεξάμενος

282

quod nascebatur ab ipsa naturaliter proditurum crederetur. Sanctum autem vocandum erat, non quasi in ipso Filius Dei habitaturus esset, atque ex participatione esset sanctificandus; sed quia utpote Filius Dei, vere ac secundum naturam sanctus esset, atque unus. *Et ecce Elisabet cognata tua.*¹ Cognatam autem sanctissimae Virginis Elisabetam dixit angelus, sive quia ex uno eodemque proavo Iacobo ortum ducebant, sive quia ante datam legem Aaron, qui ex tribu Levi erat, Elisabetam uxorem accepit, filiam Aminadab et sororem Naasson,² ex tribu Iuda orti. Siquidem hic regia tribus Iuda; ex qua sanctissima Virgo exorta est, sacerdotali tribui Levi coniuncta est, ex qua Elisabet erat. Quamobrem admirabili prorsus modo sapientissima sanctissimi Spiritus gratia curavit, ut etiam haec Zachariae uxor, perinde atque illa Aaronis coniux. Elisabet vocaretur; ut vel ex nomine clare edisceremus, cognationem Virginem inter et matrem praecursoris Elisabetam, ex alia illa Elisabeta duci.

PG
27, 1391

Cum porro dixit sanctissima Virgo: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum,*³ id declaravit: Tabula sum in qua quidquid scribae placet, describitur. Scribat, pro lubito agat Do-

282

¹ Le. I, 36.² Exod. VI, 23.³ Le. I, 38.

δὲ ὁ ἄγγελος τῆς παναγίας Παρθένου τὴν ὁμολογίαν τῆς πίστεως, ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτῆς.

283 «Ὅτι ἐπέδλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ· ἰδοὺ γὰρ ἀπὸ τοῦ PG
27, 1393
νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί».

[...] Ὁ γὰρ Δεσπότης τοῦ παντός ὁ Θεὸς Λόγος, θέλοντος τοῦ Πατρὸς ἀνεγεῖραι καὶ ἀνακαινίσαι τὰ πάντα, μητέρα τοῦ σώματος οὗ ἔμελλε φορεῖν οὐδένα πλὴν παρθένον ἠθέλησε γενέσθαι, καὶ γέγονε· καὶ οὕτως ἡμῖν ἄνθρωπος ἐπεδήμησεν ὁ Κύριος· ἔν' ὥσπερ τὰ πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, οὕτω καὶ ἡ παρθενία ἐξ αὐτοῦ γένηται, καὶ δι' αὐτοῦ πάλιν εἰς ἀνθρώπους ἡ χάρις αὕτη δοθῇ, καὶ αὖξουσα διαμείνη. Ὅσον τοίνυν καύχημα παρθένων ἐστὶ τοῦτο, καὶ γνώρισμα τῆς ἐν αὐτῷ θεότητος, ἔξεστιν ἐκ τούτου μαθεῖν· Εἰ τῶν ἁγίων μαρτύρων οἱ γονεῖς εἰσι περίδλεπτοι διὰ τὴν τῶν υἱῶν ἀνδρίαν· καὶ χαίρει Σάρβρα τεκοῦσα τὸν Ἰσαάκ, καὶ μακάριοι ὅσοι ἔχουσιν ἐν Σιών σπέρμα, καὶ οἰκίους ἐν Ἱερουσαλήμ, ὡς φησιν ὁ προφήτης· πόσον ἂν τις εἴποι τὸ καύχημα τῆς ἁγίας Παρθένου καὶ θεοειδοῦς Μαρίας, ὅτι μήτηρ τοῦ Λόγου κατὰ τὴν γένεσιν τῆς σαρκὸς γέγονέ τε καὶ χρηματίζει; καὶ γὰρ τὸν θεῖον τόκον τοῦτον στρατιὰ μὲν ἀγγέλων ὕμνησε· γυνὴ δὲ τὴν φωνὴν ἐπάρασά ἔλεγε· «Μακαρία ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε, καὶ μαστοὶ οὓς

minus universi. Accepta angelus a sanctissima Virgine fidei confessione, abscessit ab illa.

283 *Quia respexit humilitatem ancillae suae; ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.*¹ PG
27, 1394

[...] Siquidem Deus Verbum omnium Dominus, cum vellet Pater omnia erigere atque renovare, matrem corporis, quod gestaturus erat, non aliam quam virginem esse voluit: quod ita factum est: atque ita Dominus ad nos homo peregrinatus est; ut quemadmodum omnia per ipsum facta sunt, ita quoque virginitas ex ipso oriatur, ac per ipsum hominibus istaec gratia tribueretur, atque crescendo perseveraret. Quanta porro sit istaec virginum gloria, et quod sit illud indicium eius deitatis, hinc ediscere licet; si sanctorum martyrum parentes ob filiorum fortitudinem conspicui sunt, si gaudet Sara Isaac enixa, et beati sunt quotquot semen habent in Sion, et familiares in Ierusalem, ut ait propheta; quanti aestimanda est gloria sanctae Virginis ac divinae Mariae, quae Verbi mater, secundum carnis ortum, est et vocatur? Enimvero divinum hunc partum cum angelorum exercitus celebravit, tum mulier alta voce dixit: *Beatus venter qui te portavit, et ubera quae suxisti.*² Imo

¹ Lc. I, 48.

² Lc. XI, 27.

ἐθήλασας». Καὶ αὐτὴ δὲ ἡ κυριοτόκος Μαρία καὶ ἀειπάρθενος, εἰδυῖα τὸ ἐν αὐτῇ γενόμενον, ἔλεγεν· «Ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί». Ὁ δὲ γέγονε τῇ Μαρίᾳ, τοῦτο πάσαις ταῖς παρθένοις εἰς εὐκλειάν ἐστιν. Αὗται γὰρ ὡς ἀπὸ ῥίζης ἐκείνης λοιπὸν κλάδοι κρέμανται παρθενικοί.

EXPOSITIO IN PSALMOS

- PG 27, 84 Ps. IX. *Argumentum.* Διὰ τούτου τοῦ ψαλμοῦ τὰ κρυφίως πεπραγμένα τῷ Σωτῇρι δηλοῖ. Πολλὰ δὲ ἦν αὐτῷ τὰ κρυφίως πραττόμενα· ἡ τε ἐκ Παρθένου διὰ Πνεύματος ἁγίου κατὰ σάρκα γέννησις, αἱ τε παράδοξοι καὶ θαυματουργοὶ δυνάμεις, ὃ τε θάνατος αὐτός, καὶ ἡ εἰς ἕδου κάθοδος, καὶ ἡ ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσις. 284
- PG 27, 300 Ps. LXVII, 25. «Ἐθεωρήθησαν αἱ πορεῖαί σου, ὁ Θεός». Πορείας Θεοῦ φησι τὰς ἐν τῇ οἰκονομίᾳ πράξεις γενομένας· οἷον τὴν διὰ Παρθένου ἀπό- 285 τεξιν, τὴν τε τῶν σημείων ἐργασίαν, τὴν τε ἀνάβασιν τὴν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, τὸν τε θάνατον τὸν γεγόμενον οἰκονομικῶς, τὴν τε ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν, καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον.
- PG 27, 373 Ps. LXXXV, 11. «Ἐλεος καὶ ἀλήθεια συνήνητησαν». Σαφῶς τὴν διὰ 286 τῆς Θεοτόκου καὶ Ἀειπαρθένου ἀνατείλασαν τῷ κόσμῳ κηρύττει ἀλήθειαν. Αὐτὸς γὰρ ἐστὶν ἡ ἀλήθεια, εἰ καὶ γεγένηται ἐκ γυναικός. Δικαιοσύνη γὰρ καὶ ἀλήθεια κατεφίλησαν σαφῶς διὰ τὴν ἐκ τῆς Ἀειπαρθένου Θεοτόκου ἀνατείλασαν τῷ κόσμῳ ἀλήθειαν.

ipsa Dominipara et semper virgo Maria, cum nosset id quod in se gestum erat, ait: *Ex hinc beatam me dicent omnes generationes.* Quod autem in Maria gestum est, id omnibus virginibus in gloriam vertit. Ipsae namque velut ex illa radice ceu virginei pendent rami.

- PG 27, 83 Ps. IX. *Argumentum.* Hoc psalmo ea declarat quae latenter a Salvatore facta sunt. Multa autem illa erant occulte gesta: Nativitas scilicet secundum carnem ex Maria Virgine per Spiritum sanctum: stupendae ac miraculis insignes virtutes: mors ipsa ac descensus in infernum, resurrectio demum ex mortuis. 284
- PG 27, 299 Ps. LXVII, 25. *Visi sunt ingressus tui, Deus.* Ingressus Dei ait res in oeconomia Christi gestas: qualia sunt, partus per Virginem, signorum operationem, ascensionem in crucem, mortem quae per dispensationem contigit, resurrectionem a mortuis, ascensum ad coelos. 285
- PG 27, 374 Ps. LXXXV, 11. *Misericordia et veritas obviaverunt sibi.* Veritatem quae per Deiparam et semper Virginem mundo exorta est aperte praedicat. Ipse namque est veritas, etiamsi ex muliere natus sit. *Iustitia enim et pax vere osculatae sunt,* per veritatem illam ex semper Virgine Deipara mundo orientem. 286

12. «Καὶ δικαιοσύνη ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψεν». Ὁμοιον τὸ εἰρημένον πρὸς τὴν Παρθένον· «Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ», καὶ τὰ ἐξῆς.

DE PASSIONE ET CRUCE DOMINI ¹

- 287 21. Ἄλλ' ὁ Κύριος, ὁ πάντα τὰ ἡμῶν δι' ἡμᾶς ἀναδεξάμενος, ἐνεδύσατο PG 28, 221
ταῦτα, ἵνα καὶ ἀπεκδύσῃται, καὶ ἀντὶ τούτων ἡμᾶς ἐνδύσῃ τὴν ζωὴν καὶ
τὴν ἀφθαρσίαν· ἐνεδύσατο δὲ μετὰ τούτων καὶ χιτῶνα ἄρραφον ἐκ τῶν ἄνω-
θεν ὕφαντόν δι' ὅλου γενόμενον· ἵνα καὶ ἐκ τούτων πιστεῦσαι δυνηθῶσιν οἱ
Ἰουδαῖοι, τίς ἐστι καὶ πόθεν ὁ ἐνδυσάμενος ταῦτα· ὅτι οὐκ ἀπὸ γῆς, ἀλλ'
ἄνωθεν ἐρχόμενος ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὅτι οὐ μεριστός, ἀλλ' ἀμέριστός ἐστιν ὁ
Λόγος ὁ τοῦ Πατρὸς, καί, ὅτι, γενόμενος ἄνθρωπος, οὐκ ἐβραμμένον εἶχε
τὸ σῶμα ἐξ ἀνδρὸς καὶ γυναικός, ἀλλ' ἐκ Παρθένου μόνης, ὕφασμένον τῇ
τοῦ Πνεύματος τέχνῃ.
- 288 30. [...] Καὶ γὰρ ἀπιστοῦντες ὅλως τῇ παρθενίᾳ, καὶ ἀδύνατον εἶναι λέ- PG 28, 236
γοντες ἐν ἀνθρώποις ταύτην εὐρίσκεισθαι τὴν ἀρετὴν, πιστεύσαντες τῷ ἐκ
Παρθένου Σωτῆρι, οὐ μόνον ἐπιγινώσκουσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ταύτην πολι-
τευόμενοι, ἀπιστοῦνται παρὰ τοῖς ἔτι ἔθνεσιν εἰδωλολάτραις.

12. *Et iustitia de coelo prospexit.* Simile est id quod ad Virginem dictum fuit: *Spiritus sanctus superveniet in te,*² etc.

- 287 21. Sed Dominus, qui propter nos omnia nostra suscepit, illa PG 28, 222
induit, ut post exueret, et horum loco nos indueret vita et incor-
ruptione: induit etiam cum his vestem inconsutilem desuper con-
textam per totum; ut saltem ex istis possent iudaei credere, quis
et unde esset qui haec indueret: non ex terra scilicet, sed desuper
esse, ipsumque factum advenisse Verbum, neque divisibile sed indivi-
sibile Patris Verbum hominem, non consutum corpus ex viro et
muliere habuisse, sed ex sola Virgine arte Spiritus contextum.
- 288 30. [...] Et sane virginitatem quam olim esse non credebant, PG 28, 235
quod non posse putarent virtutem huiusmodi in hominibus reperiri;

¹ Homilia haec est reapse S. Athanasii, secundum Hoss. Cf. Qua II, 53.

² Lc. I, 35.

● PG 27, 192.

■ PG 26, 497, 509, 512, 520, 521, 524, 633, 693, 721, 724, 728, 736, 773, 776, 804, 809, 1088, 1203, 1232, 1240, 1245, 1248, 1256, 1257, 1259, 1262, 1272, 1281, 1288, 1305. PG 28, 77, 92, 94, 96, 129, 197, 456, 457, 506, 508, 512, 516, 520, 532, 544, 700, 701, 705, 728, 733, 748, 781, 788, 789, 792, 793, 801, 817, 826, 1044, 1096, 1348, 1380, 1405, 1429, 1444, 1562, 1563, 1564, 1568, 1589.

in Salvatorem postea credentes ex Virgine natum, non modo existere credunt, imo vero ipsi eandem colunt, quod tamen ethnici qui adhuc in idololatria permanent, credere nolunt.

S. EPHRAEM Syrus (ca 306 †373)

EVANGELII CONCORDANTIS EXPOSITIO

EC
8

Cap. I. [...] Zacharias accessit ad angelum, ut doceret, filium suum minorem esse angelo. Ad Mariam vero ipse venit angelus, ut ostenderet, eius filium esse dominum angeli. In templum venit angelus, ne praetextus praeberetur eis qui mendacii praetextum quae-
rebant. Ad Elisabeth angelus non venit, quia Zacharias erat genitor Ioannis; ad Iosephum autem Gabriel non venit, quia Maria sola erat genitrix Unigeniti. Gabriel ad Elisabeth, cui erat maritus, non venit, ad Mariam autem venit, ut nomine suo locum expleret mysterii viri. 289

EC
15

[...] De Elisabeth autem scriptum est, quod se absconderit quinque menses, donec scilicet membra filii sui formarentur, ut laetabundus coram Domino suo exultaret, et quia Mariae annunciatio prope erat. 290

*Mense sexto;*¹ numerat enim Evangelista tempus, ex quo Elisabeth concepit. *Dabit ei Dominus Deus sedem David*, videlicet, quia praedictum erat: *Non deficiet dominator et princeps, donec veniet.*² Et quum angelus eam docuisset, omnia Deo esse facilia, dicens: *Et Elisabeth soror tua concepit in senectute sua*, tunc dixit Maria: Si huic ita contigit, *ecce sum ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum*. Licet propterea quod Angelus ad Mariam dixit: « Elisabeth soror tua », opinentur, Mariam ex domo Levi esse, tamen dicendum est, in una tantum serie proavorum prophetiam constitutam fuisse. Permansit genus David usque ad Mariae sponsum Iosephum, cuius generatio naturalis fuit. Propter genus David haec gloria facta est, quoniam in Christo et semen et genus eius perfectum est. Tacet autem Scriptura de Mariae genere, quia viri genus numerare et recensere solet. Si moris fuisset, matrum * genus declarare et ostendere, recte aliquis et de genere Mariae quaereret. Quum autem Dominus una cum regno etiam sacerdotium abrogaturus esset, utrumque genus simul monstravit Iudae per Iosephum et Levi per Mariam. Rursus David respectu patris, a quo Christus oriturus erat, in prophetia dixit: *Tu es sacerdos in aeternum secun-*

*16

¹ Lc. I, 26-38.

² Ps. CIX, 3.